



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Vita Et Moribus Ioannis De Almeida Societatis Iesv Presbyteri

Macedo, António de

Romae, 1671

Liber Primus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44105**

DE VITA,  
ET MORIBVS  
IOANNIS  
DE ALMEIDA

*S. I. Presbyteri.*

LIBER PRIMVS  
CAPVT PRIMVM.

*Ioannis natales, educatio, infantia  
pericula.*



Ordini, quod floren-  
tissimi Anglię Regni  
caput est, Ioannes,  
Anno à partu Virgi-  
nis MDLXXII. lucē  
vidit; Parentes illi contigere Ca-  
tholici, pietate, quàm genere no-  
biliore. Patri nomen fuit Ioan-

A nes

nes Mada; qui multis ex legitima coniuge susceptis liberis, huic natu minimo Ioannis indidit nomen, eumq; cæteris dilexit teneriùs, tum quòd altam præ se ferebat indolem; tum quod sibi simillimum natura fecerat. Vix dum filius cæperat viuere, cùm mater desijt, quasi quæ talem genuisset filiũ, nihil ei deinceps inter mortales agendũ superesset.

Regnabat per id tempus in Anglia Elifabetha, virilis animi foemina, dubia rerum, & morum fama, quæ nefarium Romanæ Sedis bellum indixerat, & multarum hæresum pestes in omne suum Regnum inuexerat; sequè, nouo portento, Anglicanę Ecclesię ferebat caput. Idcirco Ioannes Mada, vt erat antiquæ religionis amans, satisque intelligebat, quantum esset in optima educatione momenti, rectè se facturum putauit,

git, sicubi virum aliquem pium,  
ris, & grauem bene Catholicum,  
di- nancisceretur, cui filium sana do-  
xi- ctina, Romano ritu, probisque  
fe- moribus imbuendum committe-  
ibi- ret. Auiæ etiam paternæ foeminæ  
ix- prudenti, & in paucis religiosæ  
m- nepotis curam demandauit, vt  
ge- eum matris sollicitudine, & amo-  
in- re ad pietatem informaret. Et  
• quidem puer vt erat candida, &  
n- cerea à natura indole, tradita à  
mi- Magistris virtutum documenta,  
im- reddebat moribus: & probitate,  
e- ad modestia maiorem præ se fe-  
um- rebat ætatem: & vti fere viris ad  
n- egregia natis, quò quemq; celsa  
uo- indoles, & diuini Numinis pro-  
fe- uidentia ferat, prima statim ar-  
la- gumento est ætas, iam tum ab in-  
a- fantia imitandis Ecclesiæ Sacris,  
n- & suis ad Deum fundendis ora-  
ne- tiunculis Ioannes prodidit, quod  
a- olim viuendi institutum sectatu-

rus esset. Nec verò illi defuit elegantis totius corporis forma, & prof constitutio: adeò animo, pulcher- tis h rimo corporis hospiti, pulcher- di r rimum etiam hospitium prouideade dentia diuina fabricauit. quæ

Vix octauum ætatis annum lus c attigerat, cùm Satanas quantus eam tandem vir esset futurus certo ret: f præfagiens, eum de medio tolle- vt p re cogitauit. Ergò nocte quadam noxi assumpta nigerrimi felis specie, batu dormientis fauces comprimere, sui a & gulam interstringere conatus ac l est: quo in discrimine excitus à se d somno puer, vt se à timore colle- bat: git, signo crucis frontem muni- tis i uit, & Sanctissima I E S V M A- prof R I A E nomina inuocauit: ijsque rem munitus armis felem abegit: ac vltre subito delapsi è cælo affuere An- flag geli, multa perfusi luce, qui par- fuga tam de tartareo hoste victoriam mu- stes musicis concentibus celebrarunt.

Vbi

Vbi se illa bellandi arte nihil  
& proficere intellexit humanæ salu-  
er. tis hostis, longè diuersam pugna-  
er. di rationem inijt. Habitabant in  
ui. eadem domo puer, & femina,  
m. quæ se virginẽ ferebat; huic ma-  
tus lus dæmon faces subdidit, vt per  
rtò eam pueri virginitatẽ expugna-  
le. ret: facilè cõcepit ignem mulier,  
am vt potè dæmonis fraudibus ob-  
e. noxia: neque iam aliud medita-  
re, batur, quàm quomodò puerum in  
rus sui amorem pertraheret: crebrò,  
s. ac libenter in eius conspectum,  
le. se dabat: sermonem auidè capta-  
ni. bat: adijciebat cæteros cupidita-  
A. tis igniculos; sed quòd minùs ijs  
ue proficeret, tandem solum in loco  
ac remoto ab arbitris deprehensum  
n. vltrò verbis, & factis ad turpe  
ar. flagitium prouocat: at ille certus  
m. fugam, eamque maturam opti-  
nt. mum ad vincendos pudicitie ho-  
stes esse remedium, celeri se in-

de fuga proripuit, & periculo explicauit. Porrò cùm suis ille viribus parùm confideret, & hæreticos inter Catholicum se gerere rem periculi plenam esse duceret, grassante eo maximè tempore per Angliam hæresi, & continentis incendij more cuncta depascente, patriam domum, Angliamque relinquere, & in Lusitaniam trajcere decreuit, ut inter Lusitanos Catholicam religionem palàm profiteretur; & comperto idoneo aliquo instituto vitæ honestè, ac tutò ætatem traduceret. Hoc igitur sibi constituto, onerariam, quæ per id fortè tempus Londino soluebat in Lusitaniam, repente conscendit: transmissoque mari ad Viannæ portum appulit. Celebre id est, & opulentum in ea Lusitanie prouincia, quam vocant *Interamnesem* à duobus Minio, & Du-

rio

rio fluuijs , qui illam claudunt ,  
Emporium, viginti ferè milliarijs  
à Brachara Augusta difiunctum ,  
aperto ad Galletiæ mare portu  
nobile , virorum inprimis fortiũ,  
illustriumqne natalibus clarum .

CAPVT SECVNDVM.

*Ioannis pueritia Vianæ; & in Bra-  
siliam nauigatio .*

**M**Orabatur id temporis Via-  
næ Benedictus Rocha Be-  
zerra, vir honestus & copiosus,  
qui Ioannis parentem Londini  
quondam nouerat, eoque fami-  
liariter vsus fuerat, dum illa in  
Vrbe mercaturę causa versaretur.  
Is veteris amici memor venien-  
tem ex Anglia filium omni pror-  
sus humano subsidio destitutum,  
domi benignè excepit, & pater-  
no fouit amore : mox ei proba-



tum magistrum quæsiuit, qui cum puerum ad omnem virtutem formaret, tum instituta & mores simul cum sermone Lusitanæ gentis perdoceret: vsu enim constat quãti referat eorum quibus cum agas ritus, & linguam tenere. Accessit quòd fæmina magno natu Benedicto consanguinea, egregia pueri forma, & indole capta, illius matrem agere & magistrã voluit: ac vt erat eximiè pia, hoc vnum imprimis egit, vt Ioannes non minus disceret sanctè viuere, quam rectè loqui. Nec irrita spes docentis fuit; enimvero cum esset puer ingenio docili, facilè magistros sequebatur quocumque ducerent.

Contigit paulò post quod vix miraculo eximas. Altam conscenderat arborem ea fortasse mente vt indè decerperet poma. Cæterùm vestigio fallente delapsus

fus

sum  
for-  
si-  
en-  
stat  
um  
e.  
na-  
re-  
ota,  
strā  
e,  
Io-  
ctē  
lec  
ni-  
nio  
e-  
vix  
on-  
e  
a.  
p-  
sus ad terram præceps venit, & gra-  
uiter dextrum latus iacēti fa-  
xo allisit; mortuo similem fami-  
liares domum retulerunt, & co-  
niecerunt in lectum: ibi iam sibi  
redditus opem à Deo implorauit;  
& præsentem expertus est: feda-  
tis quippè repentè doloribus sa-  
num se sensit & confirmatum, in-  
tegris non solum membris, sed  
etiam viribus.

Illo defunctus vitæ periculo,  
pueritiam iam egressus, & tra-  
ctandis seculi negotijs habilis, si-  
ue vt morem gereret Benedicto  
Rochæ Bezerrę, quem parentis  
loco habebat: siue inanis lucri  
cupiditate allectus, mercaturam  
facere cepit; atque ad illam que-  
stuosius exercendam, in Brasi-  
liam, opulentam noui orbis re-  
gionem Lusitanorum imperio su-  
biectam, nauigare instituit. In  
quo diuini Numinis prouiden-  
tiam

tiam mirari iure debemus, quæ  
 Ioanni pecuniarum lucris inhian-  
 ti, & idoneum ad illa comparan-  
 da modum perquirenti, trans-  
 mittendi in Americam mentem  
 immisit, vt ibi studio repente  
 conuerso è fluxis seculi rebus ad  
 æternas animum reuocaret; &  
 alter Brasiliæ Apostolus, demor-  
 tuo Iosepho Anchietæ non minus  
 prodigijs quàm virtutibus ( si fas  
 est dicere ) par existeret.

Cæterùm, cùm in Brasiliam è  
 Lusitania nauigaret, fortè in pro-  
 ram, quæ rostrum nauis eminent,  
 incautiùs ascendit & fallente ve-  
 stigio in mare decidit. Lapsum  
 conclamarunt Socij: nauis quip-  
 pè passis velis secundo vento fe-  
 rebatur; nec inhiberi cursus po-  
 terat: fluctus intumuerant, & ex-  
 ceptum obruerant: ipse natandi  
 rudis, pene peribat. Verùm ope  
 diuina paulò post ad nauim re-

uoca-

uocatus, exceptus à Socijs præter  
spem saluus euasit : omnes mi-  
raculum, rei nouitate attoniti,  
esse confirmarunt.

CAPVT TERTIVM.

*Brasilia situs & fertilitas, maxi-  
mè Pernambuci; incolarum  
item mores attinguntur.*

**B**Rasiliam nobilem Americæ  
Australis prouinciam esse  
constat; quam Petrus Alures Ca-  
pralis Lusitanæ classis Præfectus  
dum in Orientis Solis Indiam,  
cursum dirigeret, lōgiore, quàm  
par erat, ambitu ad Austrum fa-  
cto, felici navigationis errore,  
primus aperuit, Anno sal. huma-  
næ M. D. Americus postea Ves-  
pucius Florentinus, Emmanue-  
lis Lusitanæ Regis auspicijs, eā-  
dem accuratiùs explorauit. Ini-

tium à Septemtrione capit duobus iufrà Aequatorem gradibus: Austrum versùs ad gradus quinque supra triginta excurrit. Orientalem oram immani tractu Oceanus Atlanticus alluit. Ad Occasum altissimos spectat montes, qui illam à Peruuia, ditissima Hispanæ ditionis prouincia, disterminant. Oræ maritimæ ductus amplo sanè gyro ad mille ferè leucas protenditur. Præcipuæ ad mare Vrbes, arcesque munitæ visuntur aduersùs hostiù classes à Lusitanis extructæ, quarum caput *Omnium Sanctorum Bahia* dicitur, non minùs opibus, quam armis potens, propria Brasiliæ Episcopi, & Regij Præfecti sedes; Regio inprimis amæna est, & fertilis; cæli admodum iucunda, salubrisque temperies: abundat vbique lacubus, & omnibus inclytis. Semina ter-

ræ credita multiplici prouentu  
reddit; Saccari præsertim ferax,  
quod multis inde nauibus in Eu-  
ropam euectum ingenti merca-  
torum lucro longè, latèque diuē-  
ditur. Hæc verò soli fæcunditas,  
& cæli clementia cum indigena-  
rum feritate, & morum turpidi-  
ne ex æquo videtur contendere.  
Sæuissima quippè sunt Brasiliis  
ingenia, ad cædes prona, & hu-  
manis vesci carnibus assueta;  
nec minus in crapulam, vene-  
remque soluta. Tam alta ijs in-  
cumbit barbaries, vt sola cor-  
poris forma homines præferant,  
cætera belluas repræsentent. A-  
deò deprauati mores rationis lu-  
men extinguunt. Assiduo tamen  
cum Lusitanis vsu, commercio-  
que, detrita iam magna ex par-  
te barbarie, cultiores in dies mo-  
res accipiunt: & ad Christianam  
humanitatem nostrorum maximè  
ope-

ope-

opera hominum informantur, & poliuntur.

Coloniæ quatuordecim, quas Præfecturas appellant, vniuersã distinguunt regionem, vti Scriptores Lusitani communi consensu tradunt; quibus tanquam suarum rerum peritioribus, certa fides habenda est; quidquid scribant, re minus benè examinata, Antonius Herrera, Regius Castellæ Historicus, Atlas nouus, alijque Authores externi. Omnium Coloniarum florentissima, Pernambucensis habetur, vel certerè nulli secunda, cùm cæli temperie, tum soli fecunditate. Olinda (sic oppidum Lusitani vocant) totius Præfecturæ caput, in edito sita eminent, quod pulcherrima sit, & spectatu dignissima, adusque maris litus per inequales vallium tractus, & longos platearum ductus effusa; ci-

ui-

uibus honestis & opulentis frequens; ædibus magnificis, templisq; augustis conspicua. Sacrarum præterea familiarum nobilitata cænobijs. Societatis præfertim IESV collegiū in summo montis vertice erectū Urbis maiestatem auget, & primum se ex alto terræ adnauigantibus ostentat. Fertilissimus verò ager rerum omnium abundat copia, ad delicias etiam & voluptates; quas inde magno cum Brasilię, & Europæ vniuersæ bono negotiatores exportant. Hæc tamen fusius describere nostri instituti non est. Illud silentio præterire non possumus. Procedente die, Anno videlicet M. D. CXXX. Pernambucus ab Hollandis instructa eò classe delatis, capta est, & Olin-da solo æquata: huius erecta loco Mauritiopolis, nobilis, & frequens Hollandorum Colonia, cui

cui



cui Ioannes Mauritius, Nassouixæ Comes, qui multis Pernambuco annis suprema cum potestate præfuit, nomen dedit. Creditum est à viris prudentibus captam ab hostibus Coloniam, vt Lusitani meritas ea ratione irato deo pœnas luerent; prospero quippè fortunæ cursu ad ingentes opes, nimiamque euecti potentiam, Christianæ honestatis parùm memores, in magna rerum omnium licentia vitam agebant, Lusitano indignam nomiue, indigenasq; ipsos in diram seruitutē per grauissimas abducebant iniurias.

Affecit ea clades pari ferè dāno ac dedecore Brasiliam, & Lusitaniam, quòd illius maximè Præfecturæ commercio vtraque ad immensas excreuerat opes, & integrum Brasilici tenuerat maris imperium; quod fauente Batauis fortuna belli, ijs, ceu victoriæ

ap-

appendix cesserat.

Decurrente tempore, Sceptum Lusitaniæ iam tenente Ioanne Rege, huius nominis IV. de repetenda armis Colonia Lusitani cogitarunt. Igitur Anno Christi MDCLIV. collectis vndique in Pernambucum viribus, & toto aduersus hostes impetu belli verso, magnis eos attriuerunt cladibus, & ex omnibus Colonia finibus expulerunt. Ita malè ab Hollandis parta, breui amissa.

#### CAPVT QVARTVM.

*Ioannis studia, & pericula Pernambuci, ac in Societatē ingressus.*

**V**Bi primùm attigit Pernambucum (is primus venientem è Lusitania Brasiliæ portus excepit) in alterum penè virum, Dei beneficio, repentè mutatus, in

in Nouo illo Orbe , veteri exuto  
homine , nouum induere visus  
est , & sanctius quoddam insti-  
tuere vitæ genus . Primùm om-  
nium mercaturæ negotijs se ex-  
pediuit, ne sibi impedimento ef-  
sent ad meliora tendenti : mox  
ad confessionis , & Eucharistiæ  
Sacramenta frequenter accede-  
re , cum religiosis viris agere ,  
singulis diebus missæ sacrificio  
interesse ; Deiparam præcipua  
religione colere, multisq; ab illa  
precibus exposcere , vt quod vi-  
tæ genus Deo gratius , sibiq;  
utilius foret , id ipsi vellet signi-  
ficare . Pauci decurrerant à suo  
in Brasiliam aduentu menses, cū  
ad litterarum studia animum ap-  
pulit, vt illarum præsidijs instru-  
ctus facilius postea , & fructuo-  
sius in sui , & aliorum salutem  
incumberet , Prima in Societa-  
tis Gymnasio Grammaticès ru-  
di-

dimenta posuit, humanioribus deindè litteris non sine ingenij laude, vacavit: ijsque iam probè instructus, & humanarum rerum tædio affectus, ineundę religionis consilium cepit, in qua rerum omnium possessione exutus diuinę glorię seruiret, salutique animorum. Ac ne de re tanti momenti solius sui ingenij viribus confisus temerè deliberaret, confessarium suum adiit, virum piũ, ac prudentem è Societate IESV, cum quo de eligendo vitę instituto per aliquos dies contulit: eoque religionis ingressum multis rationibus suadente, eandem Societatem elegit, cui nomen daret, illa potissimum ratione motus, quòd egregiam vbique gentium propagandę religioni Catholicę nauaret operam, cuius in ipsa Brasilia præclarum dabat specimen. Hac igitur mente

Mar-

Martialem Beliarum, Prouinciæ  
 Brasiliæ Præpositum, qui per  
 eos dies inspiciendi causa colle-  
 gij, Pernambuci versabatur, con-  
 uenit; ab illoque, vt se Socijs ad-  
 scriberet, multis cum lacrymis  
 postulauit. Nequaquam tamen  
 obtinuit: nam etsi Prouincialis  
 eum peramanter exceperit, &  
 feruendi Deo in Societate con-  
 silium probauerit: adolescentiæ  
 tamen veritus inconstantiam,  
 ingressum in aliud tempus diffe-  
 rendum censuit, dum & ætatis  
 imbecillitati plus roboris, & su-  
 scepto religionis cõsilio plus fir-  
 mitatis accederet. Spe igitur in-  
 eundæ Societatis in longum ex-  
 tracta, humanitatis studia repe-  
 tijt, & alacrius ad discendum in-  
 cubuit, vtilitati ducens ingeniũ eo  
 litterarũ genere magis excolere.

Paucis post diebus ingens vi-  
 tæ discrimen adiuit. Olindam

pro-

propè arx medio affurgit mari,  
natura, & arte munitissima *Recifi*  
nomine, & fama celebris, quæ  
obiectis in mare cautibus pro-  
currens sinum efficit multarum,  
capacem nauium: hùc Ioan-  
nes, voluptatis causa, aliquando  
diuertit: dumque è summo im-  
pendentis Oceano rupis, prono  
incumbens vultu curiosius, quàm  
par erat, aduentantes spectaret  
naues, allisus magno impetu ad  
rupem fluctus, ingenti fragore,  
spectantem primùm exterruit:  
deindè abripuit; tandem præci-  
pitauit in mare; & quia natandi  
peritus non erat, & præ metu vix  
constabat animo, ad extremum  
venerat vitæ periculum: ac pror-  
sùs perijsset fluctibus haustus, nisi  
in tam præfenti discrimine à Deo  
auxilium implorasset. Mirum  
dictu: de repentè, qua ratione id  
fieret omninò inscius, à medijs


flu-

fluctibus in littus deuēhi inopinatō se sensit. Id non vulgare aliud excepit diuinæ clementiæ argumentum. Brasilius quidam procerō corpore, aspectu toruo, ardentibus oculis (speciem haud improbabilem Satanæ furentis præbebat) ab schola domum redeuntem nodoso baculo ex insidijs repentiē aggressus brachium in altum extulit, vt violentiū in prætereuntis caput ictum demitteret: verum auertente Deo aliō manum ex ipso iam intēto capiti baculo mirabiliter ereptus est.

His à Patre cœlesti deuinctus beneficijs, quod antè ceperat cōsiliū, id ipsum denuō resumpsit ardentius, vt Societatem ingrederetur, in qua perfectum se, atque integrum Deo holocaustum offerret. Rem iterum vrgere, & Deiparę patrociniū ad eam obtinendam multis institit sollicita-

re

re precibus . Die quadam cum  
solito vehementius in solitario o-  
raret loco , sensit se ad petendam  
Societatem acrioribus quibusdā  
stimulis impelli . Erecto igitur  
in certam spem animo lætus , &  
alacris ad Collegium se contulit :  
ibique participato Prouinciali ,  
quod sibi altè infederat ample-  
ctendæ religionis proposito, mul-  
tis & supplicibus verbis orat , vt  
se voti compotem faciat : moræ-  
que omnis impatiens ad eius pe-  
des abiectus , ita rogans , obte-  
stansque perseuerauit , vt conti-  
nuò domum admitteretur .





## CAPVT QVINTVM.

*Bahie tyrocinium ponit: inde in Spiritus S. Coloniam tendit.*

**A**Nno post Christum natum  
1592. die prima Nouem-  
bris, omnium Sanctorum dicata  
solemnijs? Societati IESV se  
aggregauit, in ipso iuuentutis flo-  
re, cum paucis diebus vicesi-  
mum superasset annum. Per-  
nambuco, vbi tum habitabat,  
relicto, Bahiam, Urbem totius  
Brasilie Principem, concessit, vt  
religiosę militie rudimenta in il-  
lius Collegij tyrocinio poneret.  
Iter virtutis ingressus eum in No-  
uitiatus studio impetum cepit, vt  
freno contineri, non calcaribus  
incitari opus fuerit. Tria sibi po-  
tissimum proposuit; amorem re-  
rum diuinarum, humanarum co-

tem-

temptum, odium in se. Eò curas omnes, & neruos contulit: auocare à caducis, & mortalibus mentem: ad cęlestia, & diuina, transferre: colligere sese; meditationi insistere; reuocare ad calculos animum; instare precibus; silentium sibi indicere; cùm loqui permittebatur, non nisi de rebus diuinis habere sermones. Duriter, & asperè se accipiebat; oculorum licentiã frenabat modestia; appetentiam gulę frangebatur, interdum ieiunio, interdum detracto quod acrius gustũ mouebatur, & suauius prouocabatur; noctu, vti erat vestitus, in nudo cubabat solo: cilicio perpetuò ferè utebatur: flagris quotidie se cedebatur accerrimè. Nil tamen illi fuit antiquius, quàm prauos animi motus comprimere, impetus naturę frangere; affectiones, & perturbationes mentis com-

B po-

ponere ; inquirere in se sæpiùs,  
in speculis esse , vt si quos cona-  
tus , aut commotiones à ratione  
abhorrentes deprehenderet . ijs  
ne temerè se proderent , aditus  
præcluderet , & in ipso ortu op-  
primeret . Despicientiam rerum  
humanarum testabatur sordidus  
habitus , humilis incessus , officia  
abiectionissima , victus ostiatim mē-  
dicatus , mensa cum pauperibus  
communis , itiones in forum cum  
sportula : & quauis alia abijcien-  
di sese occasione , vel oblata , vel  
quæsitâ , perspiciebatur , quàm  
verè , & ex animo honores negli-  
geret . Nec ijs contentus , in re-  
liquarum etiam virtutum studiū  
tanto proficiendi ardore incu-  
buit , vt suos post se comites lon-  
go interuallo relinqueret : nec  
dubitabat tyronum Præfectus ,  
qui tum erat Marcus à Costa , in-  
signi probitate , ac doctrina vir ,

eum

eum pro forma ceteris ad imitan-  
dum proponere. Primo proba-  
tionis, vti vulgò appellant, an-  
no iam exacto, Spiritus Sancti  
Coloniam, non sine ingenti la-  
bore, contendit, vt secundum  
ibi annum decurreret, eaque ra-  
tione integrum biennij spatium,  
quod emittendis de more votis  
præmitti solet, iuxta proprias  
Societatis leges impleret.

Laborabat eo tempore graui  
operarum inopia Brasilia Pro-  
uincia, neq; Societatis homines  
vlla magis angebat cura, quàm  
vt multi ex Europa Socij ad tam  
amplum excolendum campum  
mitterentur: nonnulla quidem  
singulis ferè annis subsidia Lusitania  
submittebat, sed maior  
quàm pro numero venientium  
messis erat. Porro ex ijs, qui in  
Brasilia versabantur, alij erudien-  
dis iam ad fidem conuersis, atq;

in suscepta religione confirmandis diligētem nauabant operam, nec minori cura iuuandis Lusitanis exemplo, sermone, & Sacramentis instabant. Alij in regionis abdita alios atq; alios faciebant excursus: Gentis vicos, sparsaque per montes mapalia, venatorum more, explorabant, & Euangelij lucem in mediam illam, & tenebris inuolutam barbariem inferebant: & quę summa votorum erat, ab inueterata vagandi licentia ad stabiles propè mare sedes, & cultiorem viuendi modum incolas traducebant. Ad id opus erat nostris sui rationem nullam habere; totos se in aliorum commoda effundere; grauissima subire pericula, famem, sitim, frigora, æstum perpeti; denique vitam ipsam pro Christi gloria, & Barbarorum salute contemnere. Verùm in

tam

tam alacri animorū procuratione,  
in tam prospero rerum cursu, illas  
vti diximus, Euangelij præcones  
angebant cura, operarum inopia,  
in tanta incolarum copia. Idcir-  
cò Societatis Præpositis è re  
Christiana visum in operis partē  
Ioannē vocare, iuuenem licet, ac  
tyronem, solidarum tamen ex-  
ercitatione virtutum, emeritis iā  
viris parem.

Præerat tūm Spiritus Sancti  
Collegio Ioseph Anchieta, illu-  
strior suis & virtutibus, & pro-  
digijs, quam vt commendatione  
indigeat. Hunc Ioannes virum  
cælestis vię ducem, ac magistrum  
nactus, morum ideam sibi pro-  
posuit, ad quam se componeret:  
seruare illius dicta, & gesta; mo-  
destiam oris; assiduitatem oratio-  
nis; cibi abstinentiam; sensuum  
custodiam; cordis munditiem:  
hæc prius adumbrare; deinde ad

se transferre, & ad viuum exprime. Domi in abiectis culinae officijs se exercere; infirmorum curam gerere; grauius laborantibus diu noctuque praestò esse, animo semper hilari, ac læto cuius pax, & iucunditas in orbi perpetua serenitate emicabat. Foris, Lusitanos ad odium vitiorum, amoremque virtutis; ad frequentem Sacramentorum vsu priuatis sermonibus, quibus multum valebat, compellere: controuersias, rixasque dirimere, mutuum illos inter, & indigenas fouere concordiam: indigenas ipsos de fidei misterijs erudire, pauperes eleemosynis iuuare, morientibus adesse; afflictos recreare; nihil praetermittere, quod vel ad vtilitatem corporum, vel ad animorum salutem pertineret. Mirabatur Anchieta maturos in viridi ætate virtutum. fructus, &

sc-

senili prudentia, ne impetum animi quem ceperat, remitteret, stimulabat : sed interdum festinantis ardorem temperare opus erat, ne præcipiti gradu ad culmen properaret, & præ nimia contentione in medio cursu, vt sæpè contingit, deficeret.

Confecto iam tyrocinio, & magna suæ virtutis opinione concitata, Superiorum mandato, liberius cepit excurrere in proximos Brasiliorum pagos, qui Sciorum curæ, ac fidei sunt commissi, magno, & Fidelium comodo, & Ethnicorum. Aliquot in ijs menses singulari cum industria, tum modestiæ laude versatus, virtutem suam genti vniuersæ, & Societatis maximè Præpositis ita probavit, vt eum ad curandas in posterum animas, & obeundas prædicandi Euangelij causa missiones natum, factumq;



iudicarent omnes.

Est in hisce Brasilijs ad Christianam pietatem formandis certam à nostræ Societatis operarijs præscripta ratio; quam Ioannes, quantum licuit homini nondum sacris ordinibus initiato, ad vnguem seruauit. Appetente scilicet die, ære campano ad Salutationem Angelicam signum datur; illo excitati pueri, ac puellæ celeriter accurrunt, in binosque partiti ordines ad templum, supplicantium ritu, procedunt. Ad portam tandiù morantur, donec alternis psallentes tertiam rosarij partem percurrant: mox templum ingressi missæ Sacrificio interfunt; missã breuis Catechismi expositio consequitur patrio sermone, omnibus communi; quibus ritè peractis, puellæ ad lanificium domum redeunt; pueri ad scholas se recipiunt, in quibus,

bus, pro cuiusque ingenio, ac propensione, partim in litteris, partim in varijs opificijs exercetur, vt ex eadem disciplina simul cum honestæ vitæ ratione viuendi accipiant facultatem. Diebus festis mos est rem diuinam solemni ritu celebrare harmonico cantu, & varij generis symphonijs, quæ rerum sacrarum dignitatem augent, & venerationē conciliant. Constat Brasilos nulla re ad pietatem magis, quàm modis musicis permoueri; eam ob causam pleraque fidei Christianæ mysteria, quò suauius asperis mandentur ingenijs à Societatis hominibus pijs cantibus inseruntur. Sub vesperam rursus edito campanà signo pueri, & puellæ, seruato inter se ordine, sexusque discrimine, ad templū confluunt, ijsque explicatur pars altera Catechismi. Ad Crucem

denique modico à templo inter-  
uallo erectam alternis canentes  
supplicationem instituunt, ibique  
in genua flexi pro animis purga-  
torias pœnas luentibus preces  
fundunt, quibus expeditis do-  
mos repetunt. Huiuscemodi ex-  
ercitationibus Brasili pueri ad  
Christianam finguntur religionem  
& quò tenerior illa est ætas, eò  
faciliùs ad pietatem flectitur, &  
multiplici culturæ Sociorum fru-  
ctu respondet. Adulta verò iam  
ætate viri, foemineque, etsi insti-  
tutum iam patrijs moribus vitæ  
cursum difficiliùs deserant, assi-  
duis tamen nostrorum laboribus  
ab innata feritate, corroboratis-  
que per longam ætatem vitijs ad  
religionem pariter, & humanita-  
tem traducuntur: harum certè  
sunt indicia, quòd stasis horis  
quotidie antequam ad rustica &  
fabrilia opera se conferant, rei  
di-

diuinæ intersint; quòd menstruas  
confessiones non omittant; quòd  
pacem colant: quòd fidei magi-  
stros obseruent; quòd augustissi-  
mum Eucharistiæ Sacramentum,  
& B. Virginem singulari studio  
prosequantur. Hebdomadæ po-  
tissimum Sanctæ dies toti ad me-  
rorem compositi in lacrymis, &  
oratione consumunt; varijsque  
penarum modis eo tempore cor-  
pus discruciant. Dies verò lu-  
struales, præcipuè Deiparæ sa-  
cros, vt solemnes, & religiosos  
colunt, magno ad templum,  
concurso, & pietatis sensu. Ita-  
que iam percrebuit inter Lusita-  
nos nostrorum operà hominum  
factum esse, vt Brasili primæuæ  
Ecclesiæ fideles, vel adumbrent,  
vel etiam referant, tum cando-  
re morum, tum vitæ integri-  
tate.

Hanc ferè cum Neophytis a-

B 6 gen-

gendi rationem Ioannes tenuit, quandiū in illorum pagis moratus est. Ceterū quanquā multum in ijs ad pietatem excolendis operæ collocasset, plus tamen insigni probitate, ac modestia, quā rebus alijs valuit ad continendos in officio Fideles, Ethnicosque ad fidem perducendos: quò liquidò cōstitit ad animarum salutem procurādā, maiori momento esse sanctimoniam, quā doctrinam.

### CAPVT SEXTVM.

*Litteris operam nauat in Fluvio  
Iannario: Bahie Sacris Ordinibus initiatur.*

**G**Rauioribus disciplinis nondum studuerat Ioannes, amarioribus contentus, quas didicerat in Gymnasio Pernambuci

ci antequàm Societati nomen daret : multum quippè de comparandis animi virtutibus, parùm de ingenio litteris perficiendo cogitabat; satis gnarus maiori apud Deum in pretio virtutem esse, quàm sapientiam. Ceterùm Provinciæ Brasiliæ præses ad Dei gloriam magni interesse iudicavit, reliquis, quibus excellebat, virtutibus doctrinæ splendorem, & altiorum scientiarum cognitionem adiungere; quòd illarum commendatione tutiùs, & fructuosius posset in proximorum salutem incumbere. Ioanni ergo præcepit vt in Flauium Ianuarium se conferret ( nobile id est ad Austrum tendentibus Brasiliæ Emporium sub ipso Capricorni tropico, ad vicesimum tertium gradum cum dimidio, inter Sancti Vincentij, & Spiritus Sancti Colonias situm ) ibique

in

in Societatis Collegio, quod  
optimarum artium studijs iam  
tum florebat, Theologiæ, quam  
vocant de moribus, vacaret. In  
eam cum peruenisset Urbem, lit-  
terarijs exercitationibus totum  
se tradidit pari constantia, cura-  
que. Nihil tamen illi fuit anti-  
quius, quam ad vnius Dei glo-  
riam studiorum cursum, laborē-  
que dirigere; nihilque de oran-  
di consuetudine, & de viuendi  
asperitate remittere. Inter ipsum  
discendi ardorem non tam disci-  
puli, quàm magistri partes egit,  
editis tum raræ modestiæ, tum  
præstantis ingenij documentis;  
quibus ita se domesticis, & ex-  
ternis probauit, vt ab illo, velu-  
ti à communi magistro, virtutem  
discerent; & ad eum suis de  
rebus, dubijsque referrent: tan-  
tum est in virtute momenti, vt  
præ illa doctrina lateat; & animi  
de-

demissio, & modestia oculorum  
omnium ad se animos, oculosq;  
conuertat. Itaque non minùs si-  
bi, studendo litteris, quam alijs  
virtutum exempla tradendo, pro-  
fuit: & rectè viuendi documen-  
ta non tam descripsit calamo,  
quàm expressit moribus.

Emenso studiorum curriculo,  
& multa rerum, quæ ad conscien-  
tiæ quæstiones pertinent, cogni-  
tione comparata, dignus qui sa-  
cris ordinibus initiaretur, ab om-  
nibus est iudicatus; Bahiam igitur  
nauigatione transmisit, pro-  
prium Brasiliæ Episcopi sedem;  
is erat eo tempore Constantinus  
Barradas præstanti virtute, ac do-  
ctrina præsul; qui Ioannem per  
omnes ordinum gradus ad apicè  
Sacerdotij euexit. Ad obeundum  
pro dignitate susceptum munus,  
perenni ferè dierum multorum  
oratione animum præparauit; se-  
que

que



que ab hominum colloquijs longè abiunxit, vt proximè ad Deū accederet; intentiùsque audiret, quid in se loqueretur Dominus; idētidem videlicet orans, & quid quid erat otij in sacrorum lectione librorum, & pia caelestium rerum meditatione consumens. Primam Kalendis Nouēbris hostiam diuinæ Maiestati, mixtis gaudio lacrymis, immolauit; quo die Omnium Sanctorum anniuersaria celebritas agitur; hoc ipso Societatem paucis antè annis fuerat ingressus; apta sanè in rem præsentem significatione, vt sui ipsius sacrificium, quod Deo quondam in religione obrulerat, Agno in altaris sacrificio immolato responderet. Solemnius illud redidit & templi ornatus, & adstantium frequentia, & pietas facientis.

Noua Sacerdotij dignitate auctus

ctus nouum quendam spiritus ardorem concepit, & in procuranda proximorum salute maiori deinceps contentione elaborare instituit . Itaque Spiritus Sancti Coloniam repetere decreuit , vt inchoatos in vicinis Brasilorum pagis labores strenuè persequeretur , impensiusque , & pietati suæ , & alienæ saluti seruiret . Hic vnus, multorum Sacerdotum animos, ac vires gerens , omni cura institit rem Christianam pro virili promouere . Dominicis , ac festis diebus cōciunculas Brasilica habebat lingua , Symboli capita pueris , & Christianæ doctrinæ rudibus explicabat; infantes , exterosque ad veram fidem accedentes baptismo abluebat ; sponfos , ac sponfas ritè in matrimonio collocabat : inimicos ad pacem , discordes ad concordiam reducebat . Præcipuè verò

te-

teneram puerorum etatem ad religionem informare studebat, haud ignarus plurimum momenti esse in Epheborum institutione, & populorum conformationem ex illorum potissimum disciplina penderè. Nec verò animorum salute contentus, corporum etiam cōmodis quoad eius fieri poterat, consulebat. Ille aegrotantibus medicamenta conquirebat; ille egentibus res necessarias suppeditabat; ille afflictos solabatur; ille viduarum, & pupillorum habebat curam, eorumque inopiam corrogatis à viris pijs, & opulentis eleemosinis, subleuabat; ille demùm omnium amantissimum parentem agebat: quo fiebat, vt charus, & acceptus summis aequè, ac infimis esset, cunctique illum vt Sanctum colerent; vt parentem amarent.

Bien-

Biennium ferè, & eò ampliùs,  
ijs in pagis exegit Almeida, non  
minori aliorum bono, quàm pro-  
priè cum accessione virtutis: ne-  
que enim in tantis laboribus suū  
ipse corpus indulgenter habuit.  
Solitus erat humi cubare; tenui,  
& malè condito victitare cibo:  
bis corpus singulis diebus flagel-  
lis cedere, illiusque motus fer-  
reo domare cilicio: triduum sepè  
inedia traducere: nec rarò totam  
hebdomadam, excepto die Do-  
minico, quem summa religione  
colebat, ieiunare: purgataque  
in hunc modum mente, & carne  
cum vitijs affixa cruci, liberior  
orationis alis subuectus ad Supe-  
ros euolabat animus, totusque  
in celo, in maximis etiàm occu-  
pationibus, versabatur. Ab ijs  
Brasilorum pagis maiorum iussu  
discedens, magnum sui deside-  
rium cunctis, magnam suæ san-  
cti-

cti-

ctitatis opinionem reliquit.

CAPVT SEPTIMVM.

*Fluuium Ianuarium reperit: inde  
ad oppidum S. Pauli, Carigica  
missionis causa, se confert.*

**A** Nnus decurrebat à Christo  
nato MDC VII. cùm Em-  
manuel de Lima à Generali So-  
cietatis nostrę Preposito designa-  
tus Prouincię Brasilię Visitator.  
ad Bahiæ portum Vlisypponensi  
navi secundis ventis applicuit.  
Huius imperio Almeida in Flu-  
uium Ianuarium redijt Sacerdo-  
tio iam insignitus, & litteris pro-  
bè instructus; quibus se muniuit  
præsidijs ad obeundas, prædican-  
dę fidei causa, per Brasiliam mis-  
siones. Quinto ferè postquàm  
eò peruenerat mense, Sãcti Pau-  
li domum concessit, vt Societa-  
tis

tis munia exerceret, iisque oppi-  
danos ad pietatis studium inflā-  
maret. Ex itinere à Visitatore  
iussus inspicere domiciliū, quod  
habebat Societas in oppido San-  
ctorum in ipso penè Brasilię ex-  
tremo ad gradus quatuor suprā  
viginti Austrum versū condito,  
vt siquid in eo vel mutandum,  
vel corrigendum esset, id vicaria  
potestate pręstaret. Tantam in-  
uon grandi ætate de illius prudē-  
tia opinionem maiores concepe-  
rant. Sub finem vertentis anni  
S. Pauli domum sospes intrauit.  
Distat id Oppidum à sinu Ianua-  
rio leucas circiter quinquaginta,  
à Sanctorum verò portu quadra-  
ginta ferè milliaria, mediterrā-  
nea versū recedit. Constituta  
ibi Societati sedes est anno salu-  
tis humanę MDLIV. Emmanuele  
Nobrega, viro doctrina pariter,  
& religione conspicuo, Brasilię  
Pro-

Prouinciam moderante . Primiti  
 in nouo Collegij templo sacrum  
 fecit Ioseph Anchiera die 25. Ia-  
 nuarij B. Pauli Apostoli Conuer-  
 sioni sacra; hanc ob rem Oppido  
 ipsi S. Pauli nomen impositum .

Circumiecta regio optima ce-  
 li temperie , & soli vbertate pre-  
 stat : fructiferis arboribus, maxi-  
 mē pinibus , abundat , quę pi-  
 neas nuces melopeponibus ma-  
 gnitudine pares ferunt . Sylua  
 densissimæ , ac frequentes folijs  
 nunquam deciduis perpetuò ver-  
 nant, peregrini generis feris, aui-  
 busque fecundæ . In scissuris pe-  
 trarum , arborumque hiantium  
 truncis apes libero vagantes aere  
 aluearia sibi parant , ex quibus  
 purissimi mellis riui passim de-  
 fluunt, illoque victus genere iter-  
 facientes Brasili famem pellunt,  
 & fractas inedia vires reficiunt .  
 Ea est soli fecunditas , vt triticū

ex

ex Lusitania non ita pridem allatum, parca admodum, & rudicatura satum, curatumque, supra quam credi possit, maiori quam in Europa copia fundatur: ferunt mensurę vnius fructum in centenas multiplicari. Accedit quod generosum vinum profert, aliaque frugum genera ex Hispania nuper aduecta.

Qua mare spectat regio, & incolę Carigij Pati sedes habent, in immensę altitudinis montes asurgit, accessu difficiles, aditu asperos, & syluis imperuios: cūque ad altissima tandem cacumina summo cum labore, reptando manibus, pedibusque peruenis; videas inde libero circumquaque oculorum deiectu alios alios montes, iustis quasi graduū interuallis, impositos, altissimis arboribus coronatos: hinc prata varijs distincta floribus, herbisque

que



que perpetuò virentibus conue  
 stita : illinc fusas camporum pla  
 nitias Piscosis lacubus , & fluuij  
 maximis intercifas : omnium de  
 nique confusa rerum , sed grat  
 oculis varietate beatas . Auri  
 atque argenti ferax regio perhi  
 betur esse : & sæpè contingit vt  
 terre visceribus eruantur faxa a  
 reis intercurrentibus venis splē  
 dentia , non obscura latentium  
 auri fodinarum indicia . Hęc ta  
 men Lusitani metalla confland  
 auri , argenti que non bene per  
 ti , & ad alias minoris pretij me  
 ces comparandas intenti , arti  
 beneficio , hominumq; industri  
 egerere non curant , ac si partim  
 referret ad publicam vtilitatem  
 auro atque argento Lusitaniam  
 abundare .

Illud hic reperitur animal quod  
 iusto , ac idoneo Lusitani voca  
 bulo *Pigritiam* appellant ; vulpis

ma-

magnitudine, colore cineraceo, capite rotundo: auriculis meritò caret, quòd tardum ad obediendum natura finxit: tanta quippè tarditate se mouet, vt non incenditis instar pergat, sed torpentis, in eodem loco inertia membra explicet; & longissimo spatio temporis vix lati vnguis terminum excedat.

Aliæ atque aliæ regionem nationes incolunt communi cunctis vocabulo *Carigiorum* dictæ, sed impositis ob varias causas cognominibus, à Lusitanis discretæ. Quà mari imminet præruptis vndique munita rupibus, ijs, ceu muris, Patos ( sic dicunt ) natura cinxit, & à finitimis gentibus separauit. His proximi inhabitant Aabacui, barbari, ac feri homines, non modo Christiano, & Lusitano, sed humano infesti nomini; latrocinijs maxi-

C mè

mè dediti . nec minus in crapulam , veneremque proiecti . Quæ verò in mediterranea recedit regio, alia Carigiorum natio sedes habet mitiori cæteris ingenio, captuque meliori . Aliæ alios terræ tractus gentes occupant saginadis ad escam hominibus, vorandisque illorum carnibus assuetæ , maximè vbi se vino factitio obruunt, & mentem ebrietate perdunt , quas enumerare superuacaneum ducimus : satis constat Petrum Corream , & Iohannē de Soufa Societatis IESV alumnos sagittis olim à Carigijs fuisse confixos, eoque mortis genere à Barbaris illatæ , martyrii palmam adeptos esse, vt eiusdem Societatis Scriptores fusiùs narrant ad Annum . MDLIV.

Iamdudùm Prouinciæ Brasiliæ Præfides de mittendis ad Carigios , qui remotiores à mari se-

sedes habent, Euangelij præconibus agitabant; magnæ quippè conuersionis spem fecerat gentis indoles ad Christianam disciplinam capeffendam idoneæ, & Lusitanis commercio, foedereque coniunctæ; sed variæ, & graues inciderunt occupationes, quæ illorum cogitationes aliò auocauerunt. Tandè cùm Emmanuel de Limà Visitatoris officio per Brasiliam fungeretur, re maturè discussà, decretum, vt ad illam gentem Euangelij doctrinà imbuendam nonnulli è nostris Socij mitterentur. Duo præter ceteros, qui eam sibi prouinciam deposcebant, fuere delecti, Ioannes de Almeida, cuius vitam moresque describimus, & Alphonsus Gagus, magno rerum, vsu vir, & Brasiliæ linguæ benè peritus.

Pedibus iter conficere solent

nostri cùm huiuscemodi peregrina-  
 tiones suscipiunt ( nisi mari sit  
 nauigandum ) viatorio nixi ba-  
 culo, tenui viatico iustructi, &  
 idoneo Brasilorum, qui in sub-  
 iectis Societati pagis viuunt,  
 numero comitati; quod Euange-  
 lij operarijs percommodum con-  
 tingit; nam Brasili cùm sint ve-  
 nandi, & piscandi apprimè peri-  
 ti, ijs maximè artibus per viam  
 sibi, & patribus victum quæ-  
 runt, quem Syluæ, & fluuij pas-  
 sim obuij facilem præbent: &  
 quod caput est, cùm itinere iam  
 confecto, ad suorum gentilium  
 venire pagos, morum similitu-  
 dine, communisque vsu sermo-  
 nis, in illorum se animos, & vo-  
 luntates insinuant; munusculis  
 deindè alliciunt vt nostris, de  
 quorum doctrina, & moribus,  
 præclara commemorant, in disci-  
 plinam se tradant; ab ijsque de  
 Chri-

Christianæ legis mysterijs erudi-  
ri velint . Mitigata his artibus  
gentis ferocia , opportunè de re-  
ligione sermonem inferunt Pa-  
tres , & rationibus eorum sensi-  
bus accomodatis , initio præci-  
pua fidei capita exponunt ; mox  
de ciuilibus vitæ commodis , de re-  
rum omnium abundantia in ma-  
ritimis , cultisque Lusitanorum  
oppidis multa subiiciunt ; in ea-  
que suas transferre sedes idoneis  
suadent rationibus ; quibus de-  
mum efficitur , vt illi non parum  
de innata barbarie deponant, de-  
ducantque ad maris oram colo-  
nias , vbi in pagos , & villulas  
distributi , nostrorum hominum  
cura , facilè Christianos discant  
ritus , & induant mores .

Hoc igitur consilio Ioannes,  
& Alphonsus itineri se commi-  
serunt . Arduum id , & densis  
impeditum syluis erat , ferarum

etiam gentium incurfionibus ob-  
noxium : ijs tamen difficultati-  
bus , Deo benè fauente, supera-  
tis , ad destinatam fibi regionem  
peruenerūt : nec paululum quie-  
tis à multa contentione , & laffi-  
tudine corporibus dandum rati-  
annuntiandi confestim Euangeli-  
initium fecerunt ; & quidem non  
exiguo operę fructu: nam ingens  
Ethnicorum numerus animis fi-  
tientibus ad facrum fontem ex  
omni ætate,sexuque venit:& quò  
altiùs in Neophytorum cordibus  
Christiana imprimeretur religio,  
quod eos docebant verbis, id ip-  
fum confirmabant exemplis. Prę-  
cipuo gentis pago Christi iam  
legi subiecto , alios Ioannes cę-  
pit regionis vicos percurrere ;  
modestia , & comitate obligare  
fibi incolas , eaque ratione faci-  
liùs ad veram religionem addu-  
cere: magnos infantium, & puero-  
rum

rum greges baptismo abluere; non paucos ex ijs breui defunctos ad coelum transmittere; ingentes ubiq; capere animorum fructus: nam vitæ species modesta, & religiosa, non gratiam modò, sed etiam admirationem conciliabat Euangelizanti: illique libenter se quisque tradebat formandum, cuius perinde amabat, & suscipiebat virtutem.

Tantis fidei incrementis inuidebat Satanus, tantamque à Dei famulis animarum prædam sibi eripi non ferebat; ipsis igitur rerum initijs obuiam ire non distulit, & secundum Euangelij cursum morari suis, vt solet, artibus non omisit. Aabucos, de quibus suprâ meminimus, non minùs acres Christiani nominis hostes, quàm natura, moribusque immanes, impulit, vt ijs Brasilis, in quibus ad fidem ad-



ducendis nostrorum desudabat inie  
 industria, repente bellum infer- gnif  
 rent, & subita incurfione illorum due  
 vicos, qui nullo ferè, aut pere- pau  
 xiguo munimento fepti, hostium vt p  
 furori patebant, armis inuade Sac  
 rent. Ingens confestim ab inco- meo  
 lis clamor tollitur; cuncta fæmi- non  
 narum lamentis, & eiulatu com- tum  
 plentur: alij in auia fugam arri- dar  
 piunt; alij confilij inopes, incet- run  
 ti quid agant, hâc, illac erra- rig  
 bundi difcurreunt: multi barba- I  
 rorum aduentu interclufi à fuga- caf  
 fagittis confixi mortem oppe- Aal  
 tunt. In fuma illa omnium inn  
 trepidatione ftetit animo Ioan- qu  
 nes inuictò, & omni prorsùs ti- que  
 more fuperior, acfi in amicos, & git  
 Socios incidiffet: periculi tamen- dau  
 confcius, & Neophytorum falu- bu  
 tis memor, alacer procedit in- fec  
 medium, & bono illos animo ef- dol  
 fe iubet, & certa fpe victorie rat  
 inie-

iniec̃ta ad pugnam erigit, magnisque hortatur vocibus, vt fiducia in vno Deo collocata, impauidi ruant in hostem. Factum vt preceperat: ipse preelato manu Sacrosanctæ Crucis vexillo, in medios sese hostes intulit, fide, non ferro protectus; iisque tantum terroris iniecit, vt continuo dare terga coegerit, multis illorum in fuga cæsis, paucis è Carigijs desideratis.

Is tum summæ admirationis casus victoriam est consecutus. Aabacui Christianæ gentis odio innatam feritatem aciente, antequam inirent preelimum, multos in quos fortè incurrerant, pueros sagittis confoderant, & illorum cadauera per agros strata feris, aibusq; voranda reliquerant. Affecit ea miserorum cædes graui dolore Ioannem, illa potissimum ratione, quòd sacri baptismi ex-

C 5 per-

pertes decesserant certæ damna-  
 tioni obnoxij . Ergò, cælesti hanc  
 dubiè instinctu motus , se dedidit  
 in preces : nec priùs ab illis de-  
 stitit , quàm intellexit fore , ut  
 omnes ad vitam , salutis æternæ  
 obtinendæ causa , reuocarentur .  
 Hac concepta fiducia , singulo-  
 rum in brachia defūctorum cor-  
 pora accipit , & ad se colligit ac-  
 cius ; mox pectori appressa infu-  
 so fouet spiritu : mirum visus , di-  
 ctuque : omnes ad vitam mortu-  
 continuò redierunt ; eatenus ta-  
 men quoad sacro abluti fonte  
 & candida innocentia veste in-  
 duti ad beatam vitã ex ipso pe-  
 nè lustralis vndæ regenerantis  
 vtero peruolarunt . Hæc à plu-  
 ribus , & idoneis testibus sacra-  
 mento adactis , litteris prodide-  
 runt Brasiliæ Prouinciæ Socij ,  
 de quorum fide dubitare nefas  
 esset . Non alia res magis Ioan-  
 nem

nem apud Fideles , Ethnicosque reddidit sanctitatis famà illustrè effecitque , vt Carigij illius moti consilijs patrias desererent sedes, & in proximam Lusitanorù Coloniam confestim iter arriperent.

CAPVT OCTAVVM .

*Redit cum Neophytis ad S. Paulum : nonnulla in itinere edit prodigia .*

**I**gitur vbi Neophytis delibèratum nouas ad S. Paulum sedes querere , in quibus commodiùs viuere Lusitanorum tecti præsidio , & nostrorum opera hominum utiliùs excoli possent ; ingens virorum , faminarum , & puerorum turba , Ioanne duce , & authore , in viam se dederunt . Coeterùm quia per infesta barbararum gentium incursionibus.

loca transitori erant, seruata inter se militari more iusti exercitus specie, & instructo veluti ad pugnam agmine, procedere opus fuit, nequà hostibus obnoxij forent. Confecto iam magna ex parte itinere, syluis vt plurimum densissimis impedito, & altissimis montium iugis immenso labore superatis, ventum in campos floribus varijs, herbisque odoriferis vestitos, vndè facilis ad S. Paulum, & expedita via ducebat: ibi loci commoditate allectum sacris operandi desiderium vehemens Ioannem cepit. Ara igitur raptim à Socijs excitata, solo circum circa floribus, ac frondibus, palmarumque ramis, ornatùs gratia, instrato, Missæ Sacrificium inchoauit; aderant omnes intentis in facientem oculis: ecce tibi sacram in altum atollente hostiam, vt ab omnibus

con-

conspici, & adorari posset, de  
repentè mouere se loco frondes,  
agitari tripudiantium more flo-  
res, palmeque visæ, & susurrum  
quemdam edere iucundissimum,  
ceu gestirent illa Deum ratione  
laudare, & Ioanni applaudere  
sacrificanti. Omnium eò con-  
uersi oculi prodigio fidem fece-  
runt. Attonitos spectaculum  
circumstantes tenuit: primùm  
insolitæ rei aspectu commoueri;  
mox letari; demùm superis gra-  
tias agere, quòd felici illo omine  
confirmati pergerent alacres re-  
liquum viæ conficere, & benè de  
euentu sperare discerent.

Erectis ibi pro tempore tugu-  
rijs paululùm substiterunt, tum  
vt fractas à longi & insueti itine-  
ris labore vires reficerent; tum  
vt ferarum venationi, quibus vi-  
cini abundabant saltus, vacarent.  
Accidit interim importunè, vt  
inie-

iniecto de industria in proximam  
fylvam igne, quò feræ suis è la-  
tibulis in medium prodire coa-  
ctæ, facilè in iacula venatorum,  
qui omnes fylvarum aditus, exi-  
tusque præcluserant, inciderent,  
præsens sibi crearent, suisque  
rebus periculum; nam cum ve-  
natio felicissimè procederet, &  
magnus iam ferarum numerus  
confectus esset, flante vehemen-  
tius vento, perlatus ultra quàm  
vellent, ignis, totam latè sylvã,  
tuguria etiam tumultuaria ope-  
rà excitata, & arborum contecta  
ramis, fædo vastavit incendio,  
& impedimenta, corripuit, &  
consumpsit: vnum superfuit in  
medijs flammis Almeidae breuia-  
rium, quod hæ vixdum attige-  
rant, cum resilierunt; & quæ se  
audaciùs obtecte fumo eiecerant,  
attonitæ hæserunt primùm, dein-  
dè refugerunt, ceu Numen sen-  
tirent.

tirent , & verso in religionem  
ausu, coiere in orbem, & coronæ  
instar circumfuderunt se se; & in  
vacuum , quem reliquerant , si-  
num , medium receperunt : mox  
arcuato ductu molliter erectæ in  
altum , more Iridis , cinxere co-  
dicem : putares flammæ innati  
ascendēdi appetitū oblitæ alie-  
no impetu cieri : nec illud erat  
moueri , sed gestirè : nunc ire ,  
& aggredi : nunc redire , ac ce-  
dere : rursūm conglobari, & den-  
fari : iterūm explicari , & solui :  
interdum se fumo inuoluere , &  
condi ; interdum erumpere , ac  
lucere innoxia . Ita diuinæ psal-  
modiæ codex alludente magis ,  
quàm lædente flāma, illæsus per-  
mansit , & intactus ; quod rari  
prodigij loco habitum est . Con-  
stat rem totam à socijs tum vi-  
sam , & multorum postea testi-  
monijs confirmatam .

Tri-



Tribus in itinere mēſibus iam exactis, S. Paulum ſuis cum Neophytis Ioannes peruēnit, fractis ad eò viribus, æſtu conſectus, & fame, vt vix ab amiciffimis agnoſceretur: eam tamen in ore lætitiā, eam in oculis alacritatem præferebat, vt omnibus palām faceret, ſe labores, & ærumnas animarum cauſā perpeſſas in ſummis habere delicijs. Cæterū quia alienæ vtilitatis cura antiquiffima illi erat, egit protinūs cum primoribus Luſitanorum, vt commodas nouis hoſpitibus ſedes conſtituerent; agros etiam ipsis aſſignarent, in quibus varia frugum genera, mandiocam præfertim, ad victū ſerent (genus id eſt herbæ, portulacæ magnitudine, cuius radicem Braſili contundunt, cōtuſam exprimunt; tum ad Solem exſiccant, molis deinde conterunt,

runt, & in farinam non ingrati  
saporis redigunt) eaque vitæ ra-  
tione contenti in fide pariter, ac  
fede persisterent, & strenuam  
Lusitanis operam, si fortè aduer-  
sus hostes bellandum esset, a-  
micorum more, præstarent. Plu-  
ra quàm petebat, à Lusitanis ob-  
tinuit. Ergò dum Neophyti no-  
uiis ad S. Paulum fundandis Co-  
lonijs, & colendis insistent agris,  
Almeida excolendis illorum ani-  
mis diligentem cœpit nauare  
operam, pari iuxta labore, ac  
prouentu.

### CAPVT NONVM.

*Quatuor simul pagorum curam  
gerit, & rem Christianam  
valdè promouet.*

**E**X ijs quæ superiori capite  
narrauimus, satis constat  
Bra-

Brasilos, qui nostrorum hominum  
secuti consilia, interiora deserunt  
regionis loca, in quibus olim  
ferarum ritu per montes, sylvas  
que sparsi habitabant, in paucos  
ad mare cogi pagos propter vi-  
bes, cultaq; Lusitanorum oppi-  
da, quò faciliùs propria, sibiq;  
apta institutione à Socis exco-  
lantur: & licet Curionum mu-  
nus assumere, sit ab instituto So-  
cietatis alienum: Brasiliæ tamen  
Episcopis, & quòd caput est, pijs-  
simis Lusitanie Regibus, qui pro  
suo egregio propagandæ religio-  
nis studio, illud de Summi PP.  
consensu, munus Societatis ho-  
minibus demandarunt, morem  
gerere opus fuit, & pagorum cu-  
ram sustinere, non minori obe-  
dientie laude, quam animarum  
lucro. Nam promulgare Euan-  
gelium, & conscribere in Christi  
militiam populos, nec deinceps

ex-

excolere, perindè est atque vineam conferere, quàm deindè patiari syluescere. Horum pagos quatuor in S. Pauli confinijs positos, nec ignobiles, nec infrequètes ad Christianam pietatem formãdos Ioannes suscepit. Omnes identidem percurfabat, pedibus sæpè nudis, sic vt breui interuallo singulos in orbem reuiferet. Baptismo lustrabat infantes; pueris, ac rudibus fidei elementa tradebat; egros, & afflictos leuamentis varijs recreabat: moriètib; aderat: mortuos sepeliebat. Neq; verò animis solùm, sed etiam corporibus, quoties res, locusq; posceret, ferebat opem. Dominicis, & festis diebus Rem diuinam semel, atq; iterum facere cogebatur, vt omnes Missæ sacrificio Neophyti interesse vlllo sine incommodo possent; quod ipse tam disiunctis inter se pagis adef-

adefse nequibat in tempore. Ijs  
 verò optimi parochi officijs affi-  
 duam dabat operam, adeò cibi  
 & suimet oblitus, vt talibus eum  
 ministerijs pasci crederes. Illuc  
 autem præ oculis semper habe-  
 bat, vt vitæ innocentis exemplo  
 omnes ad virtutem accenderet,  
 offenderet verò neminem: quo  
 fiebat vt Neophyti illum, ce-  
 hominem cælo delapsum reuere-  
 rentur; & ad suos venientem pa-  
 gos prostratis humi corporibus  
 venerabundi exciperent. Eam  
 ipsam denique, quam olim ac  
 Spiritus S. Coloniam, agèdi cum  
 Neophytis rationem tenuit, nisi  
 quòd aucto ad S. Paulum pa-  
 gorum numero, & incolarum  
 vberiore exercendæ in proxi-  
 mos charitatis, & diuinæ que-  
 rendæ gloriæ materiem nactus,  
 totum se illorum commoda li-  
 beriùs effundebat.

Quid-

Quidquid verò temporis assiduis occupationibus eripere poterat, rerum cælestium meditationi dabat; tam in se collectus, & mente in vno defixa Deo, acsi in summa solitudine viueret, nullis hominum congressibus, negotijsque distentus. Ab hoc igitur fontè tantas hauriebat illius spiritus vires, vt nullis periculis terreretur, quò minùs in curanda commissarum sibi ouium salute strenuum se, & vigilantem exhiberet pastorem.

CAPVT DECIMVM.

*Sinum Ianuarium reuersus Patricam aggreditur missionem.*

**M**illesimus sexcètesimus decimus septimus currebat annus, cum Ioannes à suorum Neophytorum pagis, in quibus mentem, curasque defi-

xe.

xerat , Maiorum imperio iussu  
 discedere , Fluuio Ianuario se  
 reddidit. Paucos hinc menses mo  
 ratus expeditionem Paticam ag  
 tare animo coepit . Postulauerat  
 paulò ante Saluator Correa de  
 Sà Benauidius , clarissimi sangui  
 nis Dynasta , & Ianuariæ Colo  
 niæ Præfectus, à Prouinciæ Præ  
 fide , qui tum erat Petrus de To  
 leto , duos è Societate Presby  
 teros , qui Patorum gentem E  
 uangelij prorsùs ignaram ad  
 nius Dei cognitionem adduce  
 rent ; ratus Christiani Præfecti  
 nomine se dignum non esse , ni  
 si eos populos , quibus impe  
 rabat , in Christi redigeret di  
 tionem . Prouincialis , & sua  
 sponte iam incitatus , & tanti  
 viri autoritate permotus, bi  
 nos ad id Socios destinavit , Io  
 annem de Almeida , de quo scri  
 bimus , & Ioannem Fernandes ,

spe-

speculatæ virtutis virum, Almei-  
de non minùs nomine similem,  
quàm animi magnitudine clarū.  
Erat plena laborum, ac ærum-  
narum prouincia, & certis vitæ  
periculis exposita, dubius verò  
missionis euentus: ceterum vtrius-  
que Ioannis animus periculis, &  
laboribus maior erat; nec dubi-  
tabant vbi Dei cultus, & animo-  
rum causa ageretur, in omnia se  
vitæ discrimina conijcere: nihil  
enim poterat ærumnarum iuxta,  
atque animarum sitientissimis vi-  
ris optatiùs euenire; cum iam-  
diù laboriosam id genùs aliquam  
ad infidelium terras expeditio-  
nem, & omnibus votis expete-  
rent, & postulando sine fine  
perseuerarent. Et quidem Al-  
meida per aliquot dies hominū  
in conspectui se subduxit, vt fami-  
liariùs cum Deo ageret, & ido-  
nea sibi compararet arma, quibus  
hu-



humani generis hostem debellaret, & innumeros ad Ecclesiam castra Ethnicos adduceret.

Cæterum vt Carigios, ad quos fide imbuendos duo Socij peregrinationem instituunt, ab alijs eiusdem nominis distinguamus (constat enim non vnam in Brasilia gentem hoc nomine appellari) *Patos* Lusitanorum more vocabimus, cuius imponendi causa nominis anseres fuerunt, quibus illorum abundat regio, & Lusitani, qui primi eandem regionem explorarunt, materna lingua *Patos* dicunt. Suas hi habent sedes in montibus Oceanum proximis, centum ferè leucas Austrum versùs à sinu Ianuario remotis: facili, ac miti sunt ingenio, corporibus firmis, & proceris. Contracto non ita pridem cum Lusitanis commercio, iunctaque inter vtramque gentem pa-

cis

cis fædere , sanctè amicitix le-  
ges feruant . Colendis agris dant  
operam, quos tamen reliquæ per  
Basiliam nationes perpetuo tor-  
pentes otio , & mactandis hosti-  
bus , vorandisque illorum car-  
nibus assuetæ , neglecto prorsus  
cultu , sinunt syluescere . Etsi  
arte sagittandi excellant , pacis  
tamen studio tenentur ; nec vn-  
quam , nisi grauibus irritati iniu-  
rijs, aut damnis affecti, aduersus  
hostes bella suscipiunt . Vnum ,  
sed multis inuolutum erroribus  
colunt Deum , quem Tupam ,  
hoc est , Tonantem appellant ;  
eumq; malorum omnium autho-  
rem esse existimant . Tam sunt  
dediti veneficijs, vt ab ijs auelli,  
& ad Christianam religionē ad-  
duci, diuturno & operoso nostro-  
rum labore vix possint . Hi mo-  
res gentis .

D CA-

## CAPVT VNDECIMVM.

*Ad S. Catharina Insulam primum  
mox ad Patos peruenit; ijsq;  
annuntiat Euangelium.*

**M**ense igitur Februario anni  
1618. in Ianuario sinu  
Fernandez Socio, Canoam Io  
annes conscendit. (Canoam  
vocat indigenę genus lintrium,  
quod maximè ad sinus maris  
traijciendos paratum habent; eę  
sunt excauatę pinus oblongę &  
angustę, sed quę leuissimo mo  
mento inuersę effundant in mare  
vectores.) Littus legendo (alto  
quippè se committere illo nauii  
genere Brasili non audent) prof  
pero vecti cursu ad Sanctorum  
portum incolumes appulerunt;  
vbi corrigendis oppidanorum  
moribus, ijsque ad pietatem ex  
ci-

citandis dierum aliquot traxere,  
moram . Indè Austrum versùs  
navigare pergentes , Martio ex-  
eunte mense Sanctæ Catharinæ  
Insulam tenuerunt . Augusto hæc  
freto à cōtinenti dirimitur: quin-  
quaginta ferè milliaria ambitu  
complectitur : mari eminet ad-  
modum piscoso , & ingentis pre-  
tij vnionibus opulento . Incolæ  
simplici , & aperto sunt ingenio  
ad Christianam religionem su-  
scipiendam , bonosq; mores illi  
conformes induendos valdè ido-  
neo : cæterùm fidei magistris de-  
stituti alta iacebant sepulti bar-  
bariæ .

Excensione in terram factà,  
diligentè confestim promulgan-  
do Euangelio dare operam Socij  
institerunt auidiores scilicet ani-  
marum , quàm cæteri vnionum :  
& magnum facerēt illarum quæ-  
stum si diutiùs inter Insulanos

morari liceret. Verùm dicta iam profectio instabat dies, & secundus ad nauigandum ventus afflabat. Inchoatum igitur prædicationis laborem intermittere opus fuit, eumq; in commodius tempus differre. Indè digressi modico maris traiectu superato, continentem attigerunt, quàm variæ Carigiorum Nationes inhabitant, dispersis per agros latè mapalibus, Nomadum more, sedem pabuli ratione mutant. Has, quia nondùm matura res erat, Almeida tenui quadam Euangelij cognitione præstrinxit magis, quàm informauit, & gentis ferociam Christiana mansuetudine deliniuit. Quo liquidò apparuit nullam tantam esse feritatem, quæ non possit vnus hominis vsu, & comitate mitescere. Ad portum demùm quem petebant *Boigpatibam* nomine,

Deo

Deo benè iuuante peruenerunt. Hic magno incolarum plausu, & gratulatione excepti, id se facere confirmantes, quòd beatum ducerent illum diem, quò Societatis homines de Brasílica gente optimè meriti in eam regionē venirent, vt rectam ad cælum viã ab ea errantes incolas edocerent.

Paucis ad quietem corporum diebus datis; cæpere Socij Christianæ fidei præceptionibus Barbaros erudire, permultos baptismo abluere: nullis laboribus parcere, vt errantes ouiculas à Satanæ faucibus eriperent, & ad Ecclesiæ caulas adducerent. Dūque totus in id Almeida maiori, quàm vires ferrent, contentione incumbit, grauem ac periculosum morbum contraxit, in quo non minùs illustria pietatis, quàm patientiæ documenta præbuit. Nam cum acerbissimis cruciare-

tur ; ne vnā quidem vocem doloris indicem edidit ; neque vllam circumstantium opem ; vt in grauibus morbis fieri solet, implorauit . Contraque omnia corporis incommoda , inuicta animi constantia ; & æquitate pertulit . Vis porrò mali periculosior fuit , quàm diuturnior . igitur breui discusso periculo meliùs habere cæpit .

Fæda interim lues per Patrum vicos latè vulgata multos absumpsit , ac omnes fermè infecit . Arreptà indè occasione venefici , qui plurimùm apud Barbaros authoritatè valebant , ad conflandam Patribus inuidiam in vulgus spargere: ob illorum doctrinam valetudinem tentari; halitu aerem corrumpi ; aduentu vltimam regionibus perniciem inferri . Ceterùm huiusmodi mædacia in maius Sociorum decus,

&amp;

& fidei incrementa cesserunt. Se-  
quente quippè magis in singula  
momenta Iue, Ioannes diuino,  
vt euentus docuit, spiritu affla-  
tus, præcepit, vt omnes, qui  
illo morbi genere tenebãtur im-  
pliciti, incisà vena sanguinem  
mitterent: factum vt imperaue-  
rat; moxque sanguine misso,  
omnibus est restituta salus. Quo  
diuinę virtutis experimēto vene-  
fici pudore suffusi latebras quæ-  
sierunt, eoque amoto obice, res  
Christiana è sententia fluere, &  
vberior operarum culturę fru-  
ctus respondere, in finitimas quo-  
que gentes prædicationis fama  
peruadere, ac multas excire stu-  
dio videndi Ioannem, & rectam  
salutis viam, eo duce ingredien-  
di. Sed exeunte iam præscripto  
à maioribus missionis tempore,  
& maturo in Sinum Ianuarium  
reditu, diutiùs inter Patos ver-



fari Euangelij præconibus non  
licebat. Itaque, compositis ve-  
cumque rebus, & consilio pro-  
fectionis Neophytis patefacto,  
incrèdibile dictu est quàm gra-  
uem animis dolorem ceperint,  
quantum profuderint lacryma-  
marum, quòd parentum loco Pa-  
tres habebant; seque, ouium in-  
star, horridas inter syluas mane-  
re luporum dentibus, fraudibus-  
que expositas vehementer dolo-  
bant. Almeida tamen, & Fer-  
nandes Superiorum mandata  
Neophytorum dolori, ac lacry-  
mis prætulērunt; eosque blande  
solati, recipientes breui se iterum  
affuturos, discessum vt quamprimum fieret, vrgebant. Illa de-  
mum lege abire permissi, vt seni-  
Paticæ gentis legati cum ipsis in  
Fluuium Ianuarium simul irent,  
qui de muniendo nostrorū ad eos  
reditu apud Urbis Præfectum, &

So-

Societatis Prouincialem serio agitarent: ab ijsq; suppliciter orarent, vt suæ orbitati, ac solitudini consultum irent. Martio igitur iam adulto mense anni millesimi sexcentissimi decimi noni, conscensa cum Brasilorum legatis naue, secundis admodum ventis vsi Fluuium Ianuarium, è cuius portu superiori exierāt anno, incolumes redierunt.

CAPVT DVODECIMVM.

*Aliam ad Goaitacazos missionem obit.*

**C**onfecta ad Patos expeditione, aliam ad Brasilos Goaitacazos ( sic vocant ) Ioannes suscepit; quàm gentis ingenium ferox, & mixta cum feritate barbaries, longè difficiliorē reddebat. Fusam in longum

D 5 tra-

tractum planitiem ij habitant  
modico à mari spatio receden-  
tem, quàm duo nobiles fluuij Pa-  
raiba, & Macae, ceu Tygris, &  
Euphrates Mesopotamiam, cin-  
gunt. Alij prætereà non ita cla-  
ri nominis amnes multa riparum  
amænitate vestiti, varijs per cam-  
pos meandris serpunt, donec in  
Oceanum se exonerent. Ab uno  
latere Regio Spiritus Sancti Co-  
loniam, ab altero Sinus Ianuarij  
Præfecturam attingit. Incolæ  
non hominum more, sed bellua-  
rum ritu viuunt. Plurimum her-  
bis sponte nascentibus, piscatuq;  
vescuntur: radunt anteriorem  
capitis partem, reliquum proli-  
xo capillitio tegunt, humeris,  
quò terribiles appareant hosti-  
bus, inundante. Nullos omnino  
colunt Deos, augurijs ad insaniam  
dediti vt futura præfagiant; inte-  
stinis sese atterunt, ijsque conti-  
nen.

mentibus bellis, nec vnquam fessa per inducias arma deponunt. Captos in prælijs hostes multorum dierum cura benè saginatos solemnibus mactant ceremonijs, & occisorum carnes habent in delicijs. Perpetuis licet inter se incensi odijs discordias alant, & bella, si fas est dicere, plusquàm ciuilia, gerant; si tameu exter- norum vis ingruat hostium, con- iunctis inter se viribus, animisq; in vnum collectis aduersùs illos subito conspirant. Procedente die, anno redempti orbis M.DC. XXX. cuiusdam nauis Lusitanæ causà, quæ ad proximum Goai- tacazijs littus vi tempestatis ab- repta in syrtes impegit, laxatisq; compagibus miserè perijt, finiti- mæ Brasilorum nationes Lusita- nis amicitiaæ foedere coniunctæ; id illorum arte & præstigijs fa- ctum ratæ, sumptis in eos armis,

vniuersos ad internecionem deleuerunt. Hæc de ijs cōmemorasse Barbaris operæ pretium duxi, ut omnibus palā fiat ad quas in altero orbe nationes Societatis homines, prædicandi Euangelij causa, expeditiones suscipiant; in quas ærumnas, & vitæ pericula se conijciant, ut vnius Dei gloriæ, & animorum saluti consulant.

Porro Goaitacazij cruenta per id tempus, quo Ioannes ad illos iuit, cum finitimis Lusitanis bellare gerebant; neque hi gentis ferociam armis domare, neque animos beneficijs ad pacem allicere poterāt. Ergo Societatis Prouincialis è re Christiana & publica fore putauit, duos è nostris Sacerdotes virtute præstantes ad eos mittere, pacis & religionis tractandę causa: qui quæ rare exemplo modestiæ ferinam possent domare barbariem; cui  
sum-

summa erat rerum omnium pro lege licentia: vsus enim quotidianus docet ad inferendam in barbaris etiam mentibus mansuetudinem & humanitatem, breuem ac compēdiariam viam esse; ijs maximè virtutibus fidei præcones excellere. Rē Deo impense commendata, huiusmodi prouinciam imposuit Ioanni Lobato, eximiæ probitatis viro, qui multis postea clarus prodigijs in Sinu Ianuario fato concessit anno Christi M. DC. XXIX. & Ioanni Almeidae, cuius prudentiam, & paternam in Brasilos charitatem non semel expertus erat.

Exeunte Septembri mense, Anni M. DC. XIX. Caput frigidum petierunt; celebre id est, & nobile promontorium, quòd à positione loci, & frigoris inclementia nomen traxit; à Ianuario Sinu in Orientem tendentibus obie-

obiectum, & paucorum dierum  
navigatione disiunctum. Hic se  
nostris comitem addidit Step-  
hanus Gomez, Capitis eiusdem  
Præfectus, & Brasiliæ gētis val-  
dè studiosus. Eo duo Ioannes  
aucti socio, canois vesti vicina,  
stringentes littora ad Bagrum vs-  
que fluvium prospero sunt cursu  
delati, ibique in terram egressi,  
itinere satis longo, & sylvis ob-  
sisto, non sine magno labore con-  
fecto, ad optatam regionem per-  
nenerunt. Ab incolis, maioribus  
quàm præferret gētis barbaries  
amoris significationibus sunt ex-  
cepti, & ad suos admissi vicos,  
varijsque munusculis, regionis  
more, donati. Explorata gen-  
tis benevolentia aggressi Patres  
Christianæ legis vulgare myste-  
ria, & veri Dei cognitionem ob-  
cæcatis superstitione mētibus in-  
gerere; easque paulatim ab in-  
nata.

nata feritate ad humanitatē traducere . Addebat prædicationi pōdus morum integritas, & modestia oculorum, index continentia, quæ in Sociorum facie emicabat, & Barbaros vitiorum, quamquàm cæno immerfos, in sui admirationem rapiebat; & quemdam aperiebat aditum, ut radium Euangelicæ veritatis admitterent. Igitur breui gens illa, qua nulla vsquam aut minùs culta, aut magis immanis ad eam, diem fuerat, non modò mitis & facilis, sed magna ex parte erudita fidei mysterijs cæpit esse. Tantum Christi disciplina ad humanitatem valet. Cæterùm quia Brasiliæ genti mobile & versatile ingenium est; & nisi assiduus, ac præsens operarum accedat labor, qui illam in officio contineat, in pristinos facilè ritus, moresque reuoluitur; huius vitan-

tan-



tandi causa periculi, totis viribus institere socij, vt quos baptismo nuper abluerant, ij, data quamprimùm commoditate, solum verterent, & in proxima Capiti frigido regione, quæ Lusitanicæ ditionis est, sedes figerent; ibique in pagos & oppida distributi, leges sibi conderent, agros colerent, & institutum vitæ Christianæ cursum tenerent constantes, sub idoneis Societatis nostræ rectoribus & magistris.

Ad extremum de ineūdo cum Lusitanis pacis fædere tractatum; quod nullo fere negotio, imbutis iam vera religione animis, sancitum fuit. Compositis in hunc modum Sociorum industria rebus, quoniam præstituta iam à maioribus dies instabat, ab ea regione, non sine multis incolarum lacrymis, discesserunt. Conscensa nauis, Frigidi primùm Capitis

pitis Promōtorium feliciter præ-  
teruecti, Sinum Ianuarium salui  
& incolumes tenuerunt, vbi lætis  
de constituta cum Barbaris pace,  
& propagata inter illos religio-  
ne, multiplex ciuitati vniuersæ  
gaudium attulerunt.

### CAPVT XIII.

*Redit ad Patos : biennium inter  
illos moratus ad S. Pauli col-  
legium reuertitur.*

**A**Lias ex alijs missiones fere-  
re videbatur Ioannes, vt  
vberiore periculis & erum-  
narum messem colligeret: famem  
siquidem, sitim, æstum, defati-  
gationem, rerum omnium ino-  
piam, ipsam denique mortem,  
vt animarum saluti consuleret,  
in summis habebat delicijs. Id-  
circò vixdum reuersus à Goaita-  
ca-

cazijs , de repetenda ad Patos ,  
quorum supra mentionem feci-  
mus , expeditione cogitauit , ut  
nostrorum opera hominum , &  
remedio destitutis , omni cura &  
studio subueniret . Visa res su-  
perioribus maturà consultatione  
digna , propter multas & graues ,  
quæ per id fortè tempus incide-  
runt , difficultates . Coacto ea-  
de re domi concilio , alij in aliam  
abierunt sententiam Patres ; &  
tempus consultando trahebant .  
Dirimendæ controuersie causa ,  
nonnulli ex ijs optimum factu iu-  
dicarunt , rem totam Patris Ge-  
neralis arbitrio committere , qui  
tum erat Mutius Vittelleschus ,  
vir doctrina pariter & religione  
insignis . Is , causâ Romam de-  
lata , ritè examinatis in omnem  
partem rationibus , decreuit , ut  
duo è nostris Sacerdotes pruden-  
tia , & pietate insignes , & in re-  
bus

bus Brasiliensis benè versati, Patricam repeterent missionem, ibique sedem figerent, quò utiliùs in posterum, & commodiùs in illa Domini vinea laborarent. Explorata Generalis voluntate, duo fuerunt ad eam expeditionem Socij designati; Antonius Araùsius, & Ioannes de Almeida, non sine pia quadam æmulatione cæterorũ, qui illam suis humeris prouinciam imponi multis cum lacrymis postulabant.

Præcipitante iam anno 1622. ambò se commisere mari, vel vitam si res, posceret, pro Dei gloria, & adiumento proximorũ parati fundere. Ad obuiam primùm Insulã *Bonicuacampam* nomine, quæ medio ferè spatio inter Sinum Ianuarium & sanctorum oppidum iacet, secundis vētis delati: ibi dum vectores curandis parumper corporibus immo-

mo-

morantur, Ioannes in solitariū  
locum littori proximum, orandi  
causa, secessit; abstracto que  
sensibus animo, totus Deo frue  
batur. Magna diei parte ita me  
ditando consumpta, instante iam  
profectionis tempore, sensere  
comites vnum illum desiderari.  
Diū igitur per totam Insulam di  
ligentissimè perquisitus, nec vi  
piam inuentus, non leuem cura  
etis sollicitudinem iniecit. De  
mum vbi sese is à suauissimis  
cum Deo colloquijs expediuit,  
hominibus se reddidit, & in me  
dio littore, focijs rei nouitate at  
tonitis, repentè apparuit: quasi  
in ipsius esset potestate hominum  
aspectui se subducere, & reddere  
cum vellet.

Paucis post diebus res longè  
illustrior, & mirabilior contigit.  
Sereno cælo & tranquillo nauig  
abant mari. Ecce tibi in me  
dio

dio ferè cursu visum vastæ molis  
monstrum magno hiatu caput in  
altum attollere , & toto ad glu-  
tiendam canoam , qua veheban-  
tur, impetu ferri . Cuncti immi-  
nentis periculi metu terreri , ex-  
palescere , despondere animos :  
ad mortem se comparare: vni Io-  
anni mens , animusque constitit:  
itaq; pauore solutus ad puppim  
sedens , defixa in superis mente ,  
diurni p̄sum officij persoluebat .  
Animaduerso tamen sociorum  
periculo, hilari vultu procedit in  
medium, & bono illos animo ef-  
se iubet , & timorem prorsus o-  
mittere ; statimque manu ducta  
in modum Crucis , vbi se ad ca-  
noam monstrum satis applicuit ,  
immaniter hianti benedictionem  
impertijt . Mirum visu , dictuq;  
sensit in cruce diuinæ virtutis  
pondus inesse: confestim conuer-  
so in alteram partem cursu , in-  
gen-

gentem è naribus reflans aqua  
 vim, modò saltibus se super  
 das attollens; modò aquis se im-  
 mergens, ludentis more, inno-  
 cuum à vectorum oculis se lon-  
 gè proripuit: at illi Ioannis be-  
 neficio, tantò periculo erepti, vi-  
 cinum Barbaris portum, secundo  
 tempestate, incolumes subierūt.

Excepere illi nostros ingenti  
 lætitia & gratulatione, confluen-  
 te è vicinis pagis multitudine  
 omnium ordinum, vestes eorum,  
 manus, pedes, impressa etiam  
 solo vestigia exosculari certan-  
 tium: inde quasi humeris, trin-  
 phantium more, sublatis, & in  
 apertam campi planitiem dedu-  
 ctis; vbi seuocatis à reliqua turba  
 natu maioribus, *Pattes* exponunt,  
 se in eam sponte venire regionē,  
 tot mari terraque exantlatis la-  
 boribus, vt sedem in illa figant,  
 tandiuque moram trahant Euā-

ge-

gelium prædicando, donec Creatorem mundi omnes agnoscant, eiusque legem obseruent, quò paratam bonis in cælo gloriam consequantur. Visi sunt Angelos audire loquentes, dictaque auidis auribus excipere, & summo assensu probare. Continuo extructa domus, in qua habitarent Patres, (tugurium veriùs appellares, cum ex aggestis tumultuaria opera truncis, transversisque lignis constaret: ) huic politiori opere Aedicula Sacra, ad rem diuinam faciendam adiecta. Tum Socij in illorum conuersionem totis viribus incumbere: diu, noctuque cum rudioribus agere, vt eos Christi mysteria edocerent: nullis laboribus parcere, vt errantes ouiculas ad vnius veri Dei cognitionem adducerent; nec minus sermone, quam religiosæ vitæ exemplo legis,



gis, quam prædicabant, innocentiam & sanctitatem ostendere, quæ tanto salubrior & efficacior prædicatio esse solet ad lucrandos Ecclesiæ Ethnicos, quanto pulchrior est forma pietatis rebus, quam verbis, expressa

Cæterum laboriosi magis, quam utiles & fructuosi nostrorum conatus erant: tum quia Euangelii cursum veneficorum, qui multum apud illam gentem auctoritatem valent, morabatur improbitas tum quia Antonius, Ioannis socius & missionis præses, aliam ab illis agendi cum Barbaris rationem inierat: quippè qui cum esset sibi ipsi asper & infensus; quam apud se formauerat virtutis ideam ad eam conformare Neophytos vellet, cum ijs seuerius & vehementius, quam teneræ illæ mentes ferrè possent, alieno tempore agebat; eo euentu ut ab alienis

natis

natis à Christiana religione animis, indigenæ tantæ comparandæ virtutis spe deiecti, ad pristinos errores, barbariemque redirent. Ioannes contrà suaptè natura mitis, & humanus, haud ignarus nimia seueritate ingenia exasperari, & à suscipienda Christi fide auerti; Xauerij prætereà Indiarum Apostoli memor consilij: Non alia re magis ad Christum conuerti Ethnicos, Neophytosq; in suscepta iam religione contineri, quàm clementia, & comitate: his maxime virtutibus ad conciliandos Patrum animos vtendum esse censebat; & gradatim cum eisdè procedendum, donec tractu temporis haustam à maioribus feritatem, deponerent, & ad Christianam viuendi rationem mores accomodarent. Cùm suspecta valdè earum sint incrementa rerum, quæ subitotus habent profectus; & citò ruant

E                      quæ

que breui crescunt. Neque ab hominibus in America paulò anteferarum ritu uiuentibus, atque in alta natis barbarie, tantam conuersionis initio vitæ innocentiam exigendam, ac si in media Europa luce nati, educatique fuissent.

Antonius nihilominus in sua persistebat sententia, & Ioannis cõsilia improbabat, quasi Barbari coniueret, & nimia indulgentia sanctitati Christiane religionis officeret. Quo satis constitit, præstanti sæpè virtute viros, & animorum contentione concordēs, inter se iudicijs, ac sententijs ex ingenio, ac indole dissidere.

In his rerum angustijs Almeida rectè se facturum putauit, si rem totam Patri Prouinciali, qui tunc erat Dominicus Coëllius, per litteras significaret, & illius exploraret sententiam, vt quidquid is sibi faciendum præscriberet, sine

cun-

cunctatione perficeret. His accep-  
tis litteris, Prouincialis rescripsit,  
vt Ioannes data quamprimùm  
commoda nauigandi facultate,  
naué conscenderet, & sancti Pau-  
li domum repeteret. Antonium  
verò iustis de causis diutiùs inter  
Patos morari iussit Ethnicis con-  
uertendis, Neophytisque pro vi-  
rili parte iuuandis; seriò tamen  
admonitum, vt mitiùs in poste-  
rùm, & benigniùs cum illis age-  
ret, quò maiores caperet animo-  
rum fructus. Vtrique autem ido-  
neos itineris, & stationis socios  
assignauit.

Biennium, & eo ampliùs, in illa  
regione consumpsit Almeida: &  
licet ex macro, & sterili illo solo  
parem suis laboribus fructum nõ  
collegerit, permultos tamen ex  
omni sexu, atque ætate mortales,  
qui grauibus affecti morbis mor-  
tali iam erant proximi, Christianis

facris, prout ferebant temporum  
angustia, vtcumque instructos, sa-  
lutari fonte lauit, & ad cælum, vti  
fas est credere, breui defunctos  
transmisit. Idem pietatis officium  
peregit erga pueros, & infantes,  
quos immatura mors ad sempiter-  
num raptura foret interitum, nisi  
baptismo lustrati æternum sibi vi-  
tæ aditum aperuissent, quorum  
ingentem fuisse numerum com-  
perimus: horumque salutem suo-  
rum illa in expeditione laborum  
pretiū æstimauit, ex quibus splen-  
didissimam sibi patientiæ coronā  
in cælo contexit. Rebus igitur,  
quoad eius fieri potuit, composi-  
tis, profectionem in Lusitanorum  
Coloniam adornauit. Conscensa  
nauicula, secundis admodum ven-  
tis vsus, ad Sanctorum portum  
celerrima paucorum dierum na-  
uigatione peruënit: cuius aduen-  
tus, quò diutiùs, longiùsq; abfue-  
rat,

*P. Ioan. de Almeida . 101*

rat, eò maius vniuersæ Coloniae  
gaudium attulit.

Plures, annuntiandi Euangelij  
causa, in Brasiliæ mediterranea,  
Ioannes fecit excursions, quarum  
certam, & accuratam cognitionem  
per longissima regionum inter-  
ualla assequi non potui Romæ,  
in qua à multis iam annis dego:  
ab ijs proinde describendis ab-  
stinere volui: quoniam mihi est  
animus certa tantum, & ex-  
plorata; non dubia, aut  
incerta litteris  
prodere.

†

00000000

E 3

LI-